




Sammelbd


Sohn


* K














Huius volumini dissertationum Strykianarum praeterea annexae reperiuntur dissertationes sequentes:

1. De Remedii Subsidiariis Praef. Andr. Mylio Repp.
R. J. Köfner
2. De laude intempestiva. R. H. Schacher.
3. De sacrosulis testamentorum. R. H. Socci R. G. Schöpfer
4. De privilegiis ~~et de~~ R. A. Mylio
R. C. D. Bofe.
5. De sumptibus funerum. R. F. Philippi. R. J. Schön.
6. De probatione animi inferendae Injuriae. R. L. Mencke.
R. J. H. Bethge.
7. De examine testium ad perpetuam rei memoriam.
R. S. C. Ursini. R. A. Steurowald.
8. De iure Arresti. R. J. A. Stuv. R. C. Seyffart.
9. De divisione lucri et damni inter socios. R. G. Teller.
R. J. J. C. Müller.
10. De literis mutui compassus propter testes exaliberi solitis. R. F. Philippi. R. J. Specht.
11. De testamento tempore pestis condito. R. Andr. Mylio.
R. N. Einert.
12. De poena Tratto di corda. R. G. Berger. R. J. C. Hummel.
13. Quasi Delicta. R. G. Berger. R. J. E. Fischer.
14. Bona vacantia discutienda R. J. G. Simon. R. J. Pfaffreuter.
15. De Vitricio. R. H. Nachtenhöfer.
16. Posit. iuri ad ff. Lib. I. Exercit. Ima R. G. Berger. R. G. Homel.

38
#7.

DEI

Et

Illustris Actorum Ordinis

IN ALMA PHILUREA

permissu

POENAM

TRATTO DI

CORDA

DICTAM,

Patrocinante

DN. CHRISTIANO GOTHOFRE-
DO BERGERO, J. U. D.

Publico Eruditorum Examini

submitit

JOH. CHRISTIANUS KÜMMELIUS,
Martisburgens.

Ad D. Octobris A. M. DC. LXXXIV.

H. L. Q. C.

LIPSIÆ,

Literis JOHANNIS GEORGI.



DE
IN ALMA MATER
BOZAVIA
TRATTO DI
CORIDA
DICTAM
DA CHRISTIANO GOTTHERE
DO BERGERO, J. N. D.
JOH. CHRISTIANUS KUMMELIUS
H. J. O. S. S. C. E. S. S. I. N.
H. J. O. S. S. C. E. S. S. I. N.
H. J. O. S. S. C. E. S. S. I. N.
H. J. O. S. S. C. E. S. S. I. N.





Q. D. B. V.

INTROITUS.



E de Sole, Lector Benevole! an luceat? cum *Pyrrho*, Stratagematum peritissimo; nec de Ligno, an revera sit & existat? cum *Herillo*, Philosopho Chalcedonio & Zenonis discipulo, disputare velle videar, ex terribili, arg. l. 2.

§. 8. C. de V. F. E. pœnarum materiâ, utut difficillimâ, attamen usitatisima, particulam quandam proponere publicè, visum mihi fuit discutiendam. Prout enim varia sunt Delicta, uti cuivis patet ex Digestorum Libro XLVII. & XLVIII. qui exinde quoque quod omnem contineant severitatem pœnarumque atrocitatem, vocantur *Libri duo terribiles*, d. l. 2. & indui solent à Veteribus rubeâ ac sanguinolentâ veste; Ita etiam varia & innumera eorum habentur pœnarum genera, l. 6. §. fin. L. 7. & 8. D. de pœn. adeo, ut ex mente Ictorum Coryphæi Dionysii scil. Gothofredi in aureis, ad l. 1. ff. de pœn. notis, lit. b. planè singulare sit ac notabile, quod de pœnis scripsit Cyprianus, Lib. 2. ad Donatum: *Ad Hominis unum Corpus plura esse supplicia, quàm membra.* Et quidni? Legimus siquidem pariter ac videmus, una eademque Delicta à variis variè

puniri Gentibus. Ut cætera jamjam silentio præteream, (omnia enim hîc recensere, nec instituti ratio, nec temporis chartæq; angustia patitur) unicum tantum hâc vice in medium proferam, *Furtum* scil. crimen tale, quod locum facile principem feraci hîc furum ævô haud parvo cum Rerum publicarum damno ita obtinet, ut non perperam propter effrenatam *Avaritiam*, quæ est Mater omnium malorum *Nov. 8. in præf. §. 1.* à nonnullis non ultimæ notæ Jure Consultis dicatur omnium, & generalissimum, *Berlich P. 5. Conclus. 43. n. 1.* & frequentissimum *Carpz. in Praxi Crim. P. 2. Q. 77. n. 1. Wesenb. in Paratit. ff. de Furt. n. 1.* Hujus enim delicti quàm variæ sint species & consequenter pœnæ, videri potest ex *Nemese Carolinâ Art. 157. & Carpz. in Praxi Crim. P. 2. Q. 83.* Ac quantumvis hodiè regulariter in Imperio Romano Germanico furtum in genere, nisi circumstantiæ & qualitates rerum ac personarum aliud svadeant, suspendio plectatur, *2. Feud. 27. §. fin. Ordin. Crim. Caroli V. art. 159. 160. & 162.* etiam de Jure Saxonico, unde pœna suspendii suam primùm traxit originem, *Land/Recht lib. 2. art. 13. pr. in verb. den Dieb soll man henden/Const. Elect. 33. P. IV. ibiqve Carpz. & in Praxi Crim. P. 2. Q. 77. n. II. seqq.* hanc pœnam tamen in variis furti speciebus cessare docet *Carpz. d. l.* & inter alia etiam in eo furto, quod in feris bestiis juxtâ ac piscibus committitur, quæ in foro in primis Electorali Saxonico aliâ & planè singulari pœnâ ex speciali Constitutione Electorali, quæ inter non editas in ordine est *VII. Rubr. Straffe der Wildprets/beschädiger/ & VIII. Rubr. Straffe der Fisch-Diebe/* ac hodiè in *Appendice Corporis Juris Saxonici* habentur, *fol. 69. & 71.* coërcetur, quæ vulgò **TRATTO DI CORDA** vocatur. Et hæc potissimum materies cum & notabilis sit, & apud Scriptores quoqve valde rara, dignissima mihi
visa

vifa fuit, ut præ aliis loco Speciminis Academici in me-
dium produceretur, ejusque Natura, quantum per in-
genioli vires licuerit, paucissimis enodaretur. Quemad-
modum verò ex confusâ alicujus Thematis tractatione,
quando cælo terra, quadrata rotundis miscentur, sæpis-
simè nausea & obscuritas Lectori moveri solet; ita econ-
trariò ad Rei alicujus ritè tradendæ tractandæque per-
spicuitatem quàm maximè facit, si in eâdem justa atque
secundùm rigorem Philosophicum aliquomodo acco-
modata Methodus observetur. Proinde *aiueodias* cri-
men evitaturus, hanc præsentem Pœnæ, vulgò Tratto
di corda dictæ, delineationem haud incommodè dispe-
sci posse in *Partem accidentalem* sive *Nominalem*; & *Essentia-*
lem sive *Realem*, opinor, ita quidem, ut Illa *Etymologia*, *Ho-*
monymia & *Synonymia*; Hæc verò *Definitionis*, *Divisionis* ac *Cau-*
sarum Enuclationem secum trahat considerandam.

Difficile autem cùm sit, ut bono peragantur exitu,
quæ malo sunt inchoata principio, *can. principatus 1. q. 1.*
Hinc ut eò feliciori pede mihi progredi liceat, prius-
quam primam manum Labori huic imponam *Deum*
Ter Opt. Ter. Max. supplex veneror, ut suâ benignis-
simâ ope, quâ & res penitè desperatas donare & con-
summare suæ Virtutis magnitudine potest, *l. 1. §. 2. C. de*
V. J. E. mihi quoque hujus instituti initium, successum &
finem exoptatum clementissime largiatur. Quâ impe-
tratâ, sequitur nunc

A 3 PARS

PARS
ACCIDENTALIS five NOMINALIS
quæ
Considerat Pœnæ TRATTO DI CORDA,
Etymologiam, Homonymiam &
Synonymiam.

§. I.

Cum autem de Pœna Tratto di Corda acturum prius nosse oporteat, unde ejus Nomen descendat? *arg. l. 1. d. 7. & 7. è* re erit, priusquam Reali hujus thematis Tractationi me accingam, pauca quædam de Significatione ipsius Tituli hujus Disputationis referre, *arg. l. 1. de Reb. Cred.* Idem exemplo tam Philosophorum quam Jurisconsultorum. Effato enim divini Platonis: Nomen est instrumentum didascalicum, habens vim instructivam, & à quo omnis materiæ tela est inchoanda. *Scalig. Exercit. 1. Sect. 1.* Cui suffragantur Jure Consulti *in l. 1. §. 1. de pact. l. 5. §. 3. de Pecul. l. 1. de Injur. §. 2. de Tutel. pr. de Testam. ordin. pr. quibus modis recontrah. obl. pr. de injur. & §. 2. de Oblig. quæ ex delict. nasc.* Et hoc multò magis necessarium esse videtur in hac præsentis Disputatione, Pœna siquidem Tratto di Corda est complexum quid tam re, quam etiam voce: Hujus verò generis Complexorum ea est natura & conditio, ut, nisi singula, ex quibus Terminus complexus constat, excutiantur benè, haud solidè cognoscere queamus, quæ totius complexi sit significatio.

§. II. Ut itaque Methodo mihi antea præscriptæ satisfaciam, primo loco discutiendam sumo *Etymologiam*, vocum scilicet notationem & verborum explicationem, quæ occupata est vel circa vocabulum *Pœne*, vel circa vocabulum *Tratto di Corda*.

§. III. In derivando vocabulo *Pœne* Autores non conveniunt, sed id ipsum varii variè deducunt. Aliàs maximè celebris *Varro*, Pœnam, quasi vox esset latina, à *pendendo*, id est solvendo, deducit, quod apud Veteres omnis pœna esset pecuniaria. *Perott. in Comm. Lat. Lingv. p. 902. n. 50.* Alii à *puniendo*, quod Veteres U & OE promiscuè uterentur, unde etiam pœnio pro punio dixerunt. *Perott. d. l. p. 133. n. 30.* Alii ab eo, quod est *pone*, quod peccare quam punire prius fit

fit tempore. Sed, missis his, optima mihi videtur illa derivatio pœ-
næ, quæ tum de formâ vocabuli seu significatione, tum de materiâ s.
literis & sono participat, quâ docetur, quod vox pœnæ tota sit græca,
& deducatur à græco verbo πῖνῆ, id est, pœna, & hoc verbum πῖνῆ
ἔστι τὸ πόνος h.e. labore, quasi omnis pœna cum labore seu molestiâ sit
conjuncta, quò etiam inclinât Germanicum vocabulum Wette/quod
ita dicitur contractè, quasi Wehethun/ Besold. in Thesaur. Jur. Pract.
verb. Wette. Magnif. Dn. Svendendorffer in Disput. de Pœnis. tb. 1. Fa-
ber in Thesaur Latin. verb. Pœna.

§. IV. Missâ pœnæ Etymologiâ, ad ejus Homonymiam, fœcun-
disimam errorum genitricem, est progrediendum & ostendendum,
quibus significationibus vocabulum pœnæ sit obnoxium. Est enim
multis rebus commune ita, ut sumatur vel vulgariter, vel Juridicè,
Vulgariter iterum, vel in bonam, ut à Græcis pro pretio, quod homici-
da propinquis & affinibus mortuî tribuebat, ne homicidii reum a-
gerent, & à Pindaro, pro premio. quod ludorum dabatur Victoribus, nec
non pro Fluvio, circa Ducatum Stetinsensem fluente. Cluver. in Geograph.
p. 224. vel in malam partem, pro Furia, quæ pœnarum exactrix habe-
batur, unde à Sophocle dicta ultrix Dea, pro animadversione, ultione ac
supplicio, & quidem ita latè, ut aliquando pro quòvis malò accipiatur,
quod accidit, & sic Lucanus lib. 8. vers. 195.

- - - - Mors ultima pœna est.

Scap. in Lex. verb. πῖνῆ. Faber in Thesaur. Latin. verb. pœna. Juridicè
accipitur vel impropriè pro usura, quæ ob moram datur, l. ult. de eo,
quod certo loco, l. 11. de Usur. l. 40. de Reb. Credit. l. 38. de Neg. gest. vel
propriè, & sic rursus vel generalissimè, ut etiam pœnam conventionalem,
l. 12. C. de contrab. stipul. & pœnam pecuniariam, l. 131. §. 1. de V. S. quæ
in specie mulctæ dicitur, l. 244. d. t. comprehendat, vel ΓΕΝΙΚΩΣ & latè,
pro omnium delictorum coërcitione, dd. ll. vel ΕΙΔΙΚΩΣ & strictè, quò
casu non solum mulctæ veluti speciei opponitur, d. l. Sed etiam pro
certi alicujus delicti coërcitione speciali & singulari ponitur: Colleg.
Jur. Arg. de pœn. tb. 1. & sic hoc loco, diciturq; nominatim & cum ap-
posito, pœna Tratto di Corda.

§. V. Hæc de vocabulo Pœnæ, sequitur Verbum Tratto di Cor-
da, quod est vocabulum exoticum, peregrinum, & in specie, uti ex ipso
idiomate ac pronuntiatione constat, Italicum, & quidem ratione Etymo-
logiæ

logia compositum ex vocabulo *Tratto*, quod hōc locō non sumitur *participialiter & Adjectivè*, nec *Adverbialiter*, sed *Substantivè*, & hīc significat tractum, einen Zug/ das Ziehen/ vocatur etiam *Tratta*, quæ tamen differt ab illa *Tratta*, cujus sæpissimè fit mentio in der Chur- Fürstl. Sächf. Neu: Wechsel- und Jüden- Ordnung / §. 7. 11. 17. 27. & 29. quæ est terminus Mercatorum, & significat ein Trassiren/ Wechselzug. Hinc far *tratte è rimesse, trassiren und remittiren/ unde Trassant, Trassirer*. Dicitur autem à verbo *trarre*, id est, trahere, ziehen/ quod est verbum irregulare 3. Conjug. inflex. *vid. Grammat. Ital. Matth. Cremer p. 106.* Particula *Di* est præpositio, & ponitur hōc locō eleganter sine articulo ac significat cum, mit/ usurpaturq; loco *con.* *Cremer. in Lex. Ital. verb. Di p. 587. & in Gramm. Ornat. p. m. 98.* *Corda* est nomen Substantivum, & significat hōc locō, restim, ein Seil/ Strick/ Strancf und Reine.

§. VI. De Etymologiâ hujus vocabuli jam satis dictum, ad *Homonymiam* ejus nunc quoque accedo. Accipitur enim pœna *Tratto di Corda* variè, vel *late ac ingenere*, ut apud Italos, qui etiam de aliis delictis, quàm furto, hanc pœnam usurpant, vel *in specie ac strictè* pro certâ & speciali pœnâ statuta in fures bestiarum, piscium & Cancrorum. Non prior, sed posterior acceptio instituto meo tantum est favorabilis. *Constit. Elect. D. Augusti inter non editas in ordine VII. Rubr. Straffe der Wildpret- Beschädiger & VIII. Rubr. Straffe der Fisch- Diebel* quæ jamjam habentur in *Appendice Corporis Juris Saxon. fol. 69. & 71. Carpz. in Praxi Crim. P. 2. Q. 84. n. 84. & P. 3. Q. 129. n. 39. Philippi in Usu Pract. Inst. Lib. 2. Eclog. 1. n. 11.*

§. VII. Et sic *Homonymiam* excipit *Synonymia* sive *Polyonymia*, quæ est varia, alia *Italica*, alia *Latina*, & alia *Germanica*. Vulgò & *Italico* idiomate dicitur *Tratto* vel *Tratta di Corda*, *Strappacorda* & *Strappata*, vel simpliciter & absolutè, vel cum adjecto, *Strappata di Corda*; Hinc *Strappare*, Dar' una *Strappata di corda*, *Strappacorda* ad uno *Strappar' uno*. *Vid. Cremer. in Lex. Ital. d. l. Latinis* vocatur, *Extensio membrorum*, pœna furum bestiarum, piscariorum, sive piscium & cancrorum. *Germanicè* redditur, die *Wippe/ das Wippen/ Prellen/ Schnellen am Schnell: oder Wipp: Galgen/ ein Zug mit dem Seil/ ein gewaltiger Zug/ eine Begreifung/ die Ausstreckung und Ausdehnung der Glieder.* *Cremer. in Lex. Ital. verb. Tratto. Strappata dict. Const. Elect. 8. §. Wir wollen 26. 26.*

PARS

P A R S
ESSENTIALIS five REALIS
DE DEFINITIONE AC DIVISIONE
TRATTO DI CORDA.

§. 1.

Absolutâ Tractatione & parte Nominali five Accidentali, iisq; ad eandem spectantibus; recto nunc ordine ad *Realem & Essentialem* progredior, Et cum Definitio maximam lucem afferat Rei, quæ controvertitur ac de quâ disputatur, nec ea à Jctis, materiam quandam tractaturis unquam negligi soleat, quò magis, quid res sit, intelligi possit, ideoq; in hac parte primitus inspicienda venit *Definitio pœnae Tratto di Corda.*

§. 2. Definiri autem potest *Tratto di Corda* hunc in modum: Quod sit *Pœna Corporis afflictiva, non capitalis, arbitraria & criminalis, ab Italis inventa primùm ac introducta, inq; Jure Saxonico Electorali recepta & confirmata, ac in fures ferarum bestiarum, piscium ac cancrorum utilitatis publicæ causâ constituta, dict. Const. Elect. 7. & 8. Carpz. in Pr. Crim. d. P. 2. q. 84. n. 84. & P. 3. Q. 129. n. 39. Philipp. in Usu Pract. Instit. d. Libr. 2. Eclog. 1. n. 11.*

§. 3. Quantumvis verò hæc Definitio secundum rigorem Philosophorum omnibus numeris haudquaquam sit absoluta, maximè cum omnis Definitio in jure nostro periculosa habeatur, *l. 202. de. R. I.* nihilque in perpetuum definiri possit, *arg. l. 14. de divers. tempor. prescript.* Interim tamen hæc proposita Definitio constat & suo Genere & suâ Differentia specifica.

§. 4. Loco *Generis* ponitur *Pœna*, quod vocabulum unde dicatur? & quomodo hoc loco sumatur? dictum est satis *suprà in Part. hujus Disp. Accid. §. 3. & 4.* *Differentia specifica* desumitur à causâ Efficiente, Forma, Subjecto, Objecto & deniq; Fine. De quibus omnibus fusius in subsequentibus.

§. 5. Perspecta Definitione, ordo jam sibi postulat alterum & ultimum hujus Capitis membrum, *Pœnae scil. Tratto di Corda Divisionem, vel potius Distinctionem, accurata enim divisio dari nequit, sed tantum aliqualis partitio, siquidem habitâ ratione objecti ac perpetrati delicti, scil. furti, secundum gradus distingui potest i. quod sit vel primi, vel se-*

B

cundi,

cūdi, vel tertii, vel deniq; quarti gradū. Ita, ut *Tratto di Corda primi gradus sit*, quando quis hāc pœnā ad unum gradum punitur, & dicitur *Tratto di Corda auff einen Sprung*. *Tratto di corda secundi, tertii & quarti gradus verò*, quando quis ad duos, tres vel quatuor gradus punitur, & vocatur *Tratto di Corda*, uff zwey/ drey/ oder vier Sprünge/ dict. *Const. Elect. 7. & 8. Carpz. d. P. 2. q. 84. n. 85. 86. & 87. Philippi d. l. 2.* quod sit vel *simplex & absoluta*, vel *duplex & respectiva*. Illa est, quæ non habet conjunctam Relegationem: Hæc, verò, quæ Relegationem secum trahit, arg. de *Const. Elect. 7. pr. in verb. neben der ewigen Landes Verweisung/ &c. & dict. Const. Elect. 8. pr. & S. hätte aber/ in verb. Neben der Landes Verweisung.*

CAPUT II.

Sistens

CAUSAM EFFICIENTEM.

§. 1.

TRaditā & explicatā Definitione pariter ac Divisione Pœnæ *Tratto di Corda dictæ*, proximum jam erit, ut etiam ejusdem *Causas*, quas scientiarum novimus esse fontes, aggrediar, ac statim ab initio *Causam Efficientem*, quæ est vel *Remota* vel *Propinqua*. Illam constitutum *Jus Italicum*, natales enim suos *Tratto di Corda*, debet Italis, à quibus hæc pœna primitus fuit inventa & introducta, iisq; etiamnum est usitatissima, ad eò ut inde quoque ad Germanos pervenerit. Sed *An ad omnes?* Dubitat de hoc *Carpz. in Praxi Crim. P. 3. Q. 129. n. 39.* & genus hoc supplicii in Germania etiam alibi, quam in foro *Electo-ratus Saxonix* usu receptum esse ferè negare videtur, tum *Jus Saxonicum* non quidem commune, sed *Speciale* atque *Electonale*, à quo, hæc pœna, *Tratto di Corda dicta*, non quidem in omnib; in differenter delictis, sed in aliquo tantum furto, quod circa feras bestias, pisces & can-cros committitur, usu est recepta, approbata, & à Divo *Electore Saxo-nix* AUGUSTO specialiter & expressis verbis in duabus Constitutio-nibus fuit confirmata, d. *Constit. Elect. 7. & 8.*

§. 2. *Causa* *Tratto di Corda propinqua* est triplex: vel *Principa-lis*, vel *Minus Principalis*, vel *Impulsiva*. *Causam* quod concernit *prin-cipalem propinquam*, est illa & fuit Potentissimus atque Serenissimus *E-lector Saxonix*, Divus AUGUSTUS, Henrici Ducis Saxonix Filius, na-tus

tus Fribergæ in Civitate Electorali, propter fodinas metallicas maximè celebri. Anno Christi superioris seculi 1526. prid. Cal. Augusti, sive d. 31. Julii, & felicissimo quidem omine ac quasi divino ductu in fonte Sa- cro singulari Parentum voto, nomen AUGUSTI, ipsi datum, unde et- iam à Thuano & aliis Historicis, *Miraculum nature*, utpote in quò Natu- ræ bonitas & DEI Benignitas maximè elucebat, inq̃ eò nihil quic- quam desiderari potuisset, in tantum, ut Ejus Informator *Johannes Ri- vius*, Scholæ Fribergensis tum temporis Rector, Vir singularis eruditio- nis, & qui facile inter Philologos & Viros doctos pro Principe quodam Latinæ Linguae Doctore habebatur, se felicem admodum aestimaverit, quod talem discipulum, qui sui similem non habebat, suæ informationi ac doctrinæ commendatum habuerit, nec non *Oculus & Lumen Imperii* fuit appellatus, qui ob admirandas Animi & Ingenii dotes Nominis sui Gloriam per universum propemodum terrarum orbem dispererat, ita ut non tantum nomine, sed & Re & Officio dictus fuerit Augustus. *add. Iob. Georg. Wilcke in Nepote Saxonico n. 11. §. 3. & n. 7. §. 2. Lauren- tius Peccenstein in Theatr. Saxon. Fabric. in Saxon. illustr. Lib. 9. in vitâ Augusti. Excell. Dn. D. Werner. Theod. Martini P. P. Witteberg. Cele- berr. in Diss. 1. ad Constit. Elect. per tot. n. 11. seqq. Nicol. Leuthing Comm. Lib. 22.* Hinc amplissimus sese quidem offerret campus, quo in lau- des hujus D. Augusti ulterius digredi, deq̃ Vitâ & Rebus gestis quàm multa proferre possem, antequam ad alia me conferrem, sed cum hoc à Viris in Historia, quâ Germanica, quâ Saxonica versatissimis satis præsti- tum sit, non lubet actum agere nec falcem in alienam messem mittere. Nonnulla tantummodò, eaque proposito meo inservientia, scilicet de origine Jurium & Constitutionum à D. Electore Augusto promulgata- rum, proferre, omninò duco necessarium.

§. 3. Quam primùm enim D. Augustus Elector Dignitatem na- ctus Electoralem esset, duo potissimùm fulcra, RELIGIO nempe & JU- STITIA, ipsi curæ cordiq̃ fuere. Et quidem primùm, *Religionem*, quod attinet, *Orthodoxam*, hanc, prout ipsi à teneris suis Antecessoribus erat communicata & implantata, usq̃ ad extremum vitæ suæ halitum ma- sculè defendit, unde non Augustanam Confessionem solum sed Pacem etiam Religionis, quoad se, integram illibatamq̃ conservavit. Inpri- mis, quantum D. Augustus Pietati & Orthodoxæ Religioni dederit o- peram, ex Legibus salutaribus in rebus Ecclesiasticis promulgatis, va-

riis scil. Ordinationibus Ecclesiasticis, satis superque constat? Deinde quoad leges Civiles & Forenses D. Augustus Elector non minorem curam adhibuit, variis etenim Constitutionibus & Legibus Provincialibus Electoratum Saxoniae ornavit laudabiliter, quas inter, velut inter viburna cupressi caput efferant *Constitutiones Electorales*, quae ab initio statim sunt vel *editae*, vel *non editae*. *Ille*, numero CLXXI. jussu D. Electoris Augusti ad Instantiam Statuum Provincialium, primitus quidem Germanicè Dresdae, d. 21. Aprilis Anno Christi 1572. promulgatae & publicatae fuere, post deinde omnes ex Germanica in Latinam Linguam sunt translatae per exactissimi Judicii Virum D. *Jacob Schulziū* Jctum celeberrimum, & Electoris Saxoniae tunc temporis Consiliarium & Canonicum Mersburgensem. *Matth. Berlich. in not. MSC. ad Constit. Elect. statim ab initio*. Dividuntur autem hae in IV. Partes: quarum prima continet JUDICIALIA, & quae ad ordinem Judicium seu Processum spectant, in XXXII. *Alter* tractat de CONTRACTIBUS VEL QVASI, in LIII. *Tertia* agit de SUCCESSIONIBUS, ULTIMIS VOLUNTATIBUS & INVESTITURA FEUDALI, in XXXIIX, & denique *Quarta* pars proponit CRIMINALIA in XLVIII. Constitutionibus. Quae constitutiones etiam apud exteros in summo honore ac pretio, & ad eas Jcti consummatissimi Benedicti Carpzovii Commentarii habentur, ut apud Belgas & Gallos, de quibus fertur, quod ex summo dictarum Constitutionum amore praelaudati Carpzovii Definitiones ad eas lingua Gallicà donaverint. *Ludovic. Gunther. Martini in Comm. ad Ord. Process. Elect. Sax. in praef. n. 10.* NON EDITAE statim ab initio Constitutiones, sed demum ex post facto, sunt numero XL. quae quidem cum editis non eandem & aequalem habent auctoritatem ac Obligationem, sed tamen, quia ab Electore D. *Augusto* prout à deputatis Viris, Consiliariis & Jctis, de quibus postea, conceptae & conscriptae erant, manu & sigillo Electoris confirmatae & subscriptae, Scabinatibus transmissae fuerunt ad respondendum ac pronunciandum, ideo omnino obligant. Et hae Constitutiones à *Teubero* in calce Constitutionum editarum propria manu consignatae deprehenduntur, sub hac Inscriptione; *Folgen andere mehr Fälle/ so in gemeiner Zusammenkunft geschlossen/ und von den Churfürsten zu Sachsen/re. Herzogen Augusten/ denen Schöppen-Stühlen in Schrifften mit seiner Churfürstl. Gn. Hand unterschrieben und gesiegelt zugeschickt/ und doch in*
Den.

den fürgehenden Abdruck nicht gebracht / sondern wissentlich ausge-
lassen / partim etiam hodie sunt edita, & inveniuntur in Appendice Cor-
poris Juris Saxonici sub Rubrica: Sonderliche Constitutiones, deren
sich Untere Berordnete zu Meissen verglichen / und denen Schöppen-
Stühlen darnach zu sprechen / durch Uns / (D. Augustum Electorem
Saxoniae) auferleget worden 1572. Inter quas etiam deprehenditur
Constitutio Straffe der Wildprets-Beschädiger / in ordine VII. &
Constitutio, Straffe der Fisch-Diebe / numero VIII. fol. 69. & 70. quae
sine dubio publicâ constant autoritate, & omnes obligant in Electoratu
Saxonico, ita ut secundum has in omnibus Judiciis superioribus & infe-
rioribus sententiae ferendae & in pronunciando strictè ac præcise obser-
vandae sint, add. Mandatum D. Augusti Electorale, ad Facultatem Juridi-
cam Wittenbergensem transmissum, cujus Copiam, prout in Archivis ejus-
dem Facultatis reperitur, de verbo ad verbum apponit, antea laudatus
Excell. Dn. D. Martini in dict. Diss. I. n. 58.

§. 4. Sequitur nunc *Causa minus principalis seu Instrumentalis*,
quae fuerunt Jcti & Viri illustres, quorum opera in his, aliisque Constitu-
tionibus, ac determinanda hac poena Tratto di Corda, Potentissimus E-
lector Saxoniae, D. Augustus usus est ad exemplum Imperatoris Justiniani
sacratissimi. Quemadmodum enim hic fuit usus in componendis Libris
Juris, *Triboniano*, Viro Magnifico, Magistro & Exquaestore Sacri palatii &
Exconsule, nec non Theophilo & Dorotheo, Viris illustribus & Ante-
cessoribus, aliisque, quorum omnium solertiam & legum scientiam, &
circa suas iustiones fidem, jam ex multis rerum argumentis acceperat,
§. 3. *proem. Inst. Const. Imperatoriam* §. 3. *Const. Tanta pr. & §. 9. de*
Confirm. ff. l. 2. pr. & §. 9. C. de V. l. E. Ita quoque D. Augustus Ele-
ctor in conscribendis Constitutionibus, & constituenda hac poena, Con-
siliariorum & Jctorum tunc temporis Magnificorum & Nobilissimo-
rum adhibuit manus auxiliares. Illi autem fuerunt sequentes, qui et-
iam manu propria consignati deprehenduntur à Viro Celeberrimo, D.
Michaële Teubero, Facultatis Juridicae Wittebergensis Ordinario, &
Antecessore istius Academiae undiquaque meritisimo, ex cujus Auto-
grapho, Dn. D. *Werner. Theod. Martini in dict. Dissert. ad Constit. Elect.*
l. I. n. 57. sequentia bona fide adscripsit, quae ad majorem illustratio-
nem ut & hoc loco adjiciantur, operæ pretium esse duco. Verba au-
tem ejus hæc sunt: In frontispicio harum Constitutionum sequentia
propria manu consignavit, (scil. D. Teuberus.)

Be

Berathschlagung dieses Buchs.

Auff des Churfürsten zu Sachsen/ Herzogen Augusti Begehr sind Anno 1572. zu Meissen zusammen kommen/ und die Rechtsfälle/ (so ich D. Teuber) mehrentheils gefast/ und zu Leipzig zusammen gezogen/ auch zuvor ein groß Buch derowegen nach Hoff geschickt) erwogen/ und berathschlaget von Churfürstl. Hoffrätthen/ Hans von Bernstein/ Erich Volckmar von Perlepsch/ Oberhauptmann in Thüringen/ D. Hieronymus Kysewetter/ Cankler Johann von Besch/ Abraham Pock/ Hoffmarschall/ Laurentius Lindemann und David Peiffer/ beyde der Rechten Doctores, von Gelährten der Juristen Facultät sind von Leipzig gewesen der Ordinarius, Jacobus Tönnig/ Leonhardus Badehorn/ Senior, Johann Keiffschneider/ alle Doctores. Von Wittenberg sind dabey gewesen ich Doctor Michael Teuber/ der ich nach den Statutis Ordinarius seyn soll/ D. Joachim von Beuß/ D. Matthæus Wesenbecius. Als nun diese Personen beysammen gewesen/ länger denn eine Monatsfrist/ so ist auch mittler Zeit der kleiner und denn letzlichen der grosse Ausschub von denen von der Ritterschafft auch beschriben gewesen/ denen die Decisiones fürgelesen/ Es ist aber alles/ so damahls berathschlaget/ nicht in Druck ausgegangen/ wie ich denn dieselbigen Fälle/ so ausgelassen/ habe hinten an dieses Exemplar schreiben lassen. In margine à prælaudato Teubero hæc verba adscripta sunt: Dieses Buch soll für und für bey dem Schöppenstuhl verbleiben. Michaël Teuber Doctor.

§. 5. Adhuc restat *Causa Impulsiva* hanc pœnam Tratto di Corda recipiendi & constituendi in fures bestiarum, piscium & cancrorum. Illa autem sine dubio fuit diversitas pronuntiandi, quæ non solum his duabus, sed & aliis Constitutionibus ansam præbuisse videtur, e.g. Ordinationi Processus, *Vid. Ord. Proc. Jud. Saxon. in præf. vers.* Dies weil wir aber ic & Ordinationi Lusatiensi, *vid. Ord. Proc. Sup. Lusat. in præf. vers.* Ja bißweilen ic. Præter enim jus Civile Romanum pro norma quoque & regulâ Jure-Consulti, in Collegiis Jus Saxonicum commune habebant, & ita sæpenumerò in Collegiis Juridicis Facultatibus scil. & Scabinatibus, in diversas & contrarias trahebantur sententias, quæ diversa pronuntiandi Ratio in iisdem causis non minimum videbatur obstare & obviare Justitiæ ac Æquitati, quæ suum cuiq; æqualiter tribuere jubet, *princ. & §. 3. de I. & I. l. 10. pr. & §. 1. eod. l. 31. ff. depo. si.*

siti. Quæ pronuntiandi diversitas etiam in Collegiis Juridicis pro Gravamine in Comitibus Dresdensibus fuit allegata, & ad Electorem D. Augustum delata, qui deinde beneficio harum duarum Constitutionem scilicet VII. & IIX. hætenus sæpius allegatarum, querelæ publicæ mederi voluit, hancq; diversitatem sustulit, certamq; pœnam in hoc puncto ita constituit, ut secundum has omnia ditionum suarum judicia pronunciare & respondere oporteat, *vid. Rubr. Constit. Elect. & sæpè allegatus Dn. D. W. T. Martini in dict. Diss. 1. n. 46. 47. & seqq.*

§. 7. Quantumvis enim imperium in omnia animalia & jus capiendi pisces ex primæva naturæ institutione omnibus hominibus competeret, quod patet ex Jure Divino *Genes. 1. v. 26. & 28.* Hocque insuper etiam Juri Naturali *can. jus naturale 7. dist. 1.* & Saxonico *Land-Recht/ lib. 2. art. 61. vers.* Darumb haben wir etc. erat conforme. Et Jure Justiniano in quolibet fundo & flumine venari ac piscari licitum, §. 2. de R. D. l. 4. §. 1. l. 5. §. 1. eod. l. 13. *commun. præd.* in tantum, ut si quis ab alio prohibeatur, contra prohibentem Actio injuriarum intentari potuerit, l. 13. §. 7. de injur. l. 2. §. 9. *ne quid in loco publ. Berlich. P. 5. Conclus. 57. n. 2. Coler. P. 1. Decis. 101. n. 1.* Posteaquam verò ob singularem utilitatem ex justis causis jus illud piscandi ad instar Juris venandi privatis plane ademptum est, perversi autem mortalium animi corruptique mores semper eò tendant, quò præcepta Imperantium negligant atque transgrediantur, hinc à prudentissimis Legislatoribus variæ Leges quæ huic malo mederentur, fuerunt promulgatæ, & quidem in *Ordinat. Crim. Caroli V. art. 169.* expressè cautum est, quod fures piscium arbitraria pœna affici debeant (in fures verò bestiarum nulla certa pœna erat statuta) idque ideo fortassis, quia pisces in flumine aut stagno in naturali libertate relictæ nec ita ullius sunt, l. 3. §. 14. de *acquir. possess.* adeoq; illorum ceu rerum possessorum furtum propriè non committi potest, l. 1. §. 15. *si quis in testam. liber & c.* Quapropter nec pœna furti ordinaria hæc locum invenire, nec delinquentibus irrogari poterat; quantumvis quis vicibus infinitis in publico flumine piscari ausus fuerit. *Wesenbec. in addit. ad Schneidevv. §. 2. de Rer. Div. num. 1. lit. a. Berlich. P. 5. Conclus. 51. n. 13.* Jure Veteri Saxonico scilicet *Land-Recht lib. 2. art. 28. ibiq; Gloss. n. 3. & Art. 61. ibiq; Gloss. n. 4.* specialiter cautum est, ut ejusmodi fures pisces captos Domino restituere vel eorum æstimationem solvere, & toties tres solidos, quoties piscati fuerint

rint, multa nomine pendere teneantur, *Carpz. in Praxi Crim. P. 2. Q. 84. n. 84.* Cum verò animadverteret quoque Serenissimus noster Legislator Augustus, quod hoc furti genus quotidiè majores & altiores ageret radices, & quod neque poena arbitraria à laudatissimo Imp. Carolo V. dictata, neque multa trium solidorum à Saxonibus veteribus introducta, sufficere videretur, crescente delicto, poenas quoque crescere debere optimè novit, ex *l. 16. §. fin. de pœn.* ideoque placuit planè singulare & ab Italis mutuatum poenæ generis (quò non solum fures piscium, sed & alii levioris facinoris delinquentes ab illis afficiuntur) piscium & ferarum bestiarum furibus dictare, eaque propter speciales Constitutiones, ut secundum earundem tenorem Scabinatus & alia Dicasteria pronunciarent, promulgare, videlicet ut pro qualitate perpetrati furti & aliarum circumstantiarum vel perpetuo carcere, vel Relegatione aut Extensione membrorum *Pœna Tratto di Corda* in specie dicta, puniantur.

CAPUT III.

Exhibens

MATERIAM SUBJECTIVAM.

§. I.

Visâ Causâ Efficiente, nunc ad *Subiectum* hujus poenæ *Tratto di Corda* progredior, quod constituunt in genere homines sive personæ delinquentes, qui in specie dicuntur *fures ferarum bestiarum, piscium & cancrorum* tam masculi, quam foeminae, *Arg. d. Const. Elect. 7. & 8. in verb. würde jemandes / da jemandes / wer der auch were. l. 1. l. 105. de V. S. l. 23. de Serv. Præd. Urb. l. 62. de legat. 3. l. 1. §. 1. de constit. pecun. l. 16. de jure fisci, l. 29. de hered. instit. & l. 3. de jur. Codicill. tam Laici, quam Clerici, quia Constitutiones loquuntur generaliter, ergò etiam generaliter sunt intelligendæ, Arg. l. 8. de publ. in rem. act. & l. 1. §. 1. de legat. præstand. non solum subditi, sed etiam peregrini & advenæ, de Const. 7. & 8. in verb. unser Unterthan oder ein Ausländischer &c. Prout enim illi, pro tempore, quò in forò Saxonicò Electorali agunt & quamdiu ibi commorantur, legibus & Constitutionibus ejusdem conformes vivere debent, *can. quæ contra bonos mores dist. 8. can. illa dist. 12.* aliàs salus & tranquillitas populi commodè servari non posset, *Zoef, in Comment. ff. de Legibus.* Ita hoc ipso,*

ipſo, dum delinqvunt, legibus loci, & ſic etiam his duabus Conſtitutionibus Electoralibus Saxonice, tanquam *ſubditi temporarii* ſeſe ſubjiciunt, ut eleganter loquitur Vir ſummæ ac ſtupendæ Eruditionis *Hugo Grotius*, de *J. B. & P. Lib. 2. cap. 2. n. 5. & cap. 11. n. 5.* & ex eò Celeberrimus *J. C. Wittenbergensis* & Facultatis Juridicæ ibidem Ordinarius Magnificus, *Dn. Caſparus Zieglerus* in *aureo de Officio Judicis Tract. Concluſ. 15. §. 7.* adeò ut committentes tale furtum in foro Saxónico Electorali rectè puniantur pœnâ *Tratto di Corda*, inprimis cum Statuta, qualia etiã ſunt duæ illæ Conſtitutiones, vocantur leges publicæ reſpectu illius populi, & commiſſo ibi delicto videtur reus ſeſe ſubjicere legibus pœnalibus iſtius populi *l. 1. & Auth. Quâ in provinciâ C. ubi de Crimin. agi oport. Caſtrenſ. ad l. 1. de Legib. Qv in imò, ubicunqve locorum in foro Saxónico Electorali reperti fuerint talis modi fures, hâc pœnâ puniri poſſunt, d. l. 1. l. 11. C. de Cuſtod. Reor. l. 7. §. ſin. & l. ult. de Accuſat. ita ut quilibet Magiſtratus in Electoratu Saxónico tales fures punire queat, quamvis aliàs ſubjecti ipſi non ſint, *Arg l. 3. de Offic. Preſid.* Delictum enim, quaſi Jurisdictionem illi Judici ſuppeditat, qui alioquin non eſt *Judex, cap. ſin. X. de foro compet.* Idqve indiftinctè, ſive delinquens in dignitate ſit conſtitutus, ſive minùs, *l. 1. C. ubi Senator.* ſive per accuſationem, ſive per inquisitionem procedatur.*

§. 2. Hi autem fures hòc locò deſcribi poſſunt, quod ſint ii, qui alienas feras beſtias, piſces & cancròs, frauduloſè, ſcienter & volenter, animò lucrandi ex alienis ſylvis, ſtagnis & fluminibus invitis Dominis ſurripiunt, & pro qualitate furti perpetrati ſunt vel manifeſti, vel non manifeſti §. 3. de *Obl. quæ ex delict.* vel diurni, *l. 54. §. 2. de furt. l. 4. §. 1. ad L. Aquil. l. 2. de fur. baln. vel nocturni l. 9. ad L. Corn. de Sicar. l. 1. de fur. baln.*

§. 3. Hoc tamen furtum non committunt, & conſequenter hâc pœnâ *Tratto di Corda* non puniuntur, 1. Infantes ſeu impuberes, qui ex delictis non obligantur, §. 12. *ad L. Corn. de Sicar.* quia intellectu carent, & ignorant, quid agant, *l. 1. C. de Falf. monet. §. 1. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. Carpz. in Praxi Crim. P. 3. Q. 143. n. 12. 15. & 18.* Sed hoc non eſt intelligendum de iis impuberibus, qui ſunt pubertati proximi & intelligunt ſe delinquere, §. *pen. de Oblig. quæ ex dd. l. 23. de Furt.* 2. Verè Furioſi, *cap. un. X. de Homicid.* quia nec vo-

C

lun-

luntatem *l.40. d. R.I. nec affectum, l.1. §.6. ne vis fiat ei, qui in pos-
 sess. nec animum, l.2. §.1. de Procurat. nec mentem, §.1. quib. non est
 permiff. fac. testam. l.5. §.2. ad L. Aquil. nec vocem habent, l.7. C. ad
 SCtum Trebell. & quomodo quæso hi possunt esse rei delinquentes,
 qui nesciunt quid faciant? §.8. de inutil. stipul. Schneidew. ad § 18. de
 Action. n.7. Quæ dicta verò non procedunt in iis, qui furorem si-
 mulant, hi enim omninò furti tenentur, ac pœnâ Tratto di Corda
 digni sunt, Arg, *l.13. de Offic. Præsid. l.7. de Curat. furios.* Schneidew.
ad §. 8. de inutil. stip. Sed dubium occurrit *de iis, qui furtum commi-
 sere eò tempore, quò furor eorum intermissus est, an pœnâ Tratto di
 Corda puniri debeant?* videtur dicendum quod sic, *Arg. l.14. de Of-
 fic. Præsid.* si modò sentire videantur. Quid autem juris, *Si furtum
 quidem ante furorem commissum, deinde verò furor supervenit, an in
 ipsò furore pro hóc furtò pœna Tratto di Corda locum habeat?* Neg.
 per ea, quæ habet Magnif. *Dn. Struv. in Exercit. Iur. Civ. 48. th.10. &
 differri debet Executio hujus pœnæ, usque dum delinquens sanæ
 mentis factus fuerit. Carpz. in Praxi Crim. P.3. Q.145. n.20. § 22.
 3.* Ii, qui credulitate, non dolo malo ducti confidunt, Dominos con-
 sensuros fore in contrectationem istarum rerum, §.7. *de Oblig. quæ ex
 delicto, l.76. de furt.* Hisce tamen nequaquam sunt annumerandi.
 4. Ebrii, qui verè furtum committunt, & per consequens quoque huic
 pœnæ subjiciuntur, secundum satis tritum istud: *Wer stihlt / wenn
 er voll ist / der wird gehenck / wenn er nüchtern ist:* Quod tamen non
 ita simpliciter procedere, sed potius distinguendum esse puto inter
Ebrietatem modicam & immodicam, quæ posterior si adfuerit, propriè
 furtum non adest, quia ebrius ob mentis alienationem, *wenn der
 Trunckene von seinen Sinnen nicht gewußt / instar furiosi ex propo-
 sito non delinquit*, ubi autem propositum non est, ibi nec furtum
 committi, & ubi nullum delictum, ibi nulla pœna locum habere pot-
 est, §.7. *de Oblig. quæ ex del.* Si verò aliquis post edormitam crapu-
 lam sciat se furtum commisisse, illumq; haud poeniteat in tempore
 istius delicti, sed potius de eò commissò gloriatur, ita ut ex perseve-
 rantia appareat animi iudicium adfuisse, *l.48. de R. I.* Is omninò te-
 netur furti, & huic pœnæ Tratto di Corda subjicitur, quod etiam de
 modica Ebrietate dicendum esse arbitror, inprimis ea, quæ mentis
 non inducit alienationem.*

§. 4. Sed quia omne furtum, & sic etiam hoc, fit vel *immediate* per ipsos fures, uti in antecedentibus dictum est, vel *mediate* per eos, qui consentiunt in furtum, & opem atque consilium præstant, ideò quoque de his paucis est agendum. Furtum itaque mediate perpetrant, auxilium & consilium malitiosè præstantes, §. 11. *de Obl. quæ ex del. l. 34. de furt.* Dicuntur autem opem seu auxilium & consilium, præstare non solum qui ministerium atque opem ad surripiendas & hoc loco ad vulnerandas & capiendas feras bestias, pisces & caneros, præbent, *l. 50. §. pen. l. 54. §. 4. de Furt. §. d. §. 11.* Sed etiam qui alios persuadent, instruunt atque impellunt ad furtum faciendum. *Berlich. P. 5. Conclus. 55. n. 1. seqq.* Hòc casu & faciens & consentiens furti tenentur, & etiam uterque poena *Tratto di Corda* afficitur, ita scilicet ut faciens furtum & deprehensus in eò, ob eandem rem teneatur furti manifesti, *l. 34. de Furt.* persuadens verò, furti nec manifesti. Requiritur tamen hæc duo, auxilium & consilium conjunctim, non verò disjunctim, seu alterutrum tantum, qui enim consilium tantum dat, & aliquem ad furandum hortatur, nec tamen opem fert, furti etiam haud obligatur, *d. §. 11. de Oblig. quæ ex del. quia verbis tantum furtum non committitur, l. 52. §. 19. de Furt. l. 169. de R. I.* Quod verum est, si furtum non est secutum. Nam si secutum est, furti omninò tenetur consilium dans. *Ungebauer Exercit. Inst. 13. q. 7. in ajo.* Cùm furtum res adeò turpis sit, ut etiam consilium puniri debeat, *l. 3. de his qui not. infam. præsertim, si quis absque eò consilio furtum non fecisset. Mynsing. ad d. §. 11. n. 8. Schneidew. ibid. n. 13.*

§. 5: Denique ulterius huc pertinent, Receptatores Furum ferarum bestiarum, piscium & cancorum, intelliguntur autem hòc locò ii, qui dolo malo, *l. 3. de incend. ruin. naufr.* & scienter, *l. 2. C. de his qui lat. l. 12. Cod. ad L. Fab. de plag.* celant & occultant tales fures apud se, & feras bestias, pisces & caneros furto ablatos recipiunt, *l. 14. C. de Furt. §. 4. de Obl. quæ ex del. l. 1. de Recept. l. 13. de Offic. Præsidi.* ac eos Magistratui non indicant, sed offerre supersedent, *l. 1. C. de his qui latit.* De hisce videtur omnino tritum illud descendisse: *Der Hebler ist so gut als der Stehler.* Et benè. Conveniunt enim (1) quoad delictum, *l. 3. §. 3. de incend. ruin. naufrag.* Delinqvunt non minus quam ipse fur, cui auxilium videntur præstare in ipso furandi actu. Fur enim in actu esse intelligitur, quamdiu rem contrectat, *l. 65.*

§. 2. de Furt. Fomann D. ad Inst. 26. tb. 4. lit. f. Conveniunt (2) quoad poenam, lidem enim eadem poena Tratto di Corda, qua principalis, plectendus est. arg. l. un. Cod. de crimin. Pecul. l. 1. de Receptat. l. 14. C. de Furt. l. 1. C. de his qui latit. Land-Recht Lib. 2. art. 13. & 25. ibi: Wer Diebe behauset und Raub hählet/oder mit Hülffe darzu stärcket/wird er dessen überwunden/man soll über ihn richten/ als über jenen. Berlich. P. 5. Conclus. 55. Addatur Constit. Elect. Von Straffe der Wildprets-beschädiger VII. §. Würde dann auch iemandes &c.

CAPUT IV.

Considerans

MATERIAM OBJECTIVAM.

§. 1.

Materiam circa quam sive *Objectum*, circa quod Poena Tratto di Corda est occupata, nunc explicandum aggredior. Et hoc constituit Delictum, (dictum quasi derelictum, à derelinquendo leges & bonos mores, Decian. in Tractat. Crimin. Libro 1. cap 7. pr.) aliquod verum, privatum, ordinarium scil. Furtum; non quidem omne, sed ferarum bestiarum, piscium & cancrorum, Rubr. d. Const. Elect. 7. & 8. Furtum autem unde dicatur? notum est ex §. 2. de Obl. qua ex delict. ubi ab Imperatore Etymologia quadruplex ex Paulo l. 1. de fart. affertur, quæ partim Latina, partim Græca est, in qua derivationum diversitate & varietate palmam cæteris praripit ultima, qua videlicet furtum à ferendo dicitur, utpote quæ ipsius rei naturæ magis convenire videtur, Magnif. Dh. Svendendörffer Exercit ad Inst. 28. tb. 10. & 11. Wissenbach. P. 2. Disp. ad P. 29. tb. 8. Ludrvell. ad §. 2. de Oblig. qua ex delict. Dividitur alias variè, inprimis ratione objecti, ut luculenter edocet Carpz. in Praxi Crim. P. 2. Q. 83. quæ tamen huc non pertinent, sed hoc solum. Coërcet poena Tratto di Corda, quod committitur in feras bestias, pisces & cancos, vid. d. Constit. Elect. 7. & 8.

§. 2. Primò itaque hac poena punitur Vulneratio, captura & furtum ferarum bestiarum, sive committatur à subditis Electoratus Saxonici, sive à peregrinis d. Const. Elect. 7. in verb. unser Unterthan oder ein Ausländischer re. sive in sylvis & nemoribus ipsius Electoris Saxonici, sive aliorum, e. g. Nobilium Electoris, Vasalloum, d. Const. 7. in verb. in unsern oder unserer Lande Wildbahnen/ Försten/ Wildfuhren//

ren/ Gehägen/ Wäldern und Gehölzen ꝛ. Feræ bestia hoc loco significant in genere carnem ferinam, h. e. cervos, apros, capreas, aliasque feras nobiliores & majores, *d. Const. 7. in verbis.* Wildpret / Hirsche/ wilde Schweine/ Rehe/ oder was in hoher Wildfuhr gerechnet. Et hoc furtum, quod singulare, punitur non simpliciter pœna Tratto di Corda, sed simul etiam perpetuam Relegationem comitem trahit, *d. Const. 7. pr. in verb.* Neben der ewigen Landesverweisung gestrafft ꝛ. & quidem pro qualitate hujus delicti & ratione circumstantiarum, ad unum, duos, tres vel etiam quatuor gradus, *d. Const. pr. in verb.* mit der Tratto di Corda auff ein/ zwey/ drey/ oder vier Sprünge nach Gelegenheit der Verbrechen/ꝛ. Insuper etiam pœna capitalis in fures ferarum bestiarum est statuta, teste *Carpz. in praxi Crim. d. 1.*

§. 3. Deinde hac pœna Tratto di Corda coercetur furtum & captura piscium & cancrorum, *d. Const. Elect. 8. Rubr. Straffe der Fischdiebe.* Nomen piscis h. l. sumitur propriè & in genere, ac denotat non solum tale animal aquatile, quod in aquis degit, pinnulas habet & squamis tegitur, sed etiam anguillas, tineas, callarites aliaque similia aquatilia glabra complectitur. *Plin. lib. 9. Hist. Nat. cap. 12.* Constitutio quoque Electoralis loquitur in genere de piscatione, id est, de animalium aquatilium captura, apprehensione atque occupatione, quæ aliàs dicitur etiam venatio piscium, voce scilicet generis pro specie posita. *Plin. lib. 10. cap. 1.* Captura piscium aut occupatio *Plin. lib. 16. cap. 1. Arg. l. 3. de acquir. rer. domin.*

§. 4. Pœnam autem hujus furti quod attinet, de ea jura variant. Jus enim novum, & in specie Constitutio Criminalis *Art. 169.* distinguit, utrum ex piscina, an verò ex lacu, vel stagno aut flumine alterius privato pisces fuerint surrepti: priori casu furtum erit simplex, & puniendum secundum normam *Art. 158. 159. 160. 161. 162 & seqq. Dn. Tabor. in Analyt. Expos. art. 169. Const. Crim. tb. 7.* posteriori casu pœna erit arbitraria sive corporis afflictiva pro conditione piscationis, personarum & rerum ex Consilio Jctorum, *d. art. 169. Carpz. in Praxi Crim. P. 2. Q. 84. n. 83.* Quo tamen posteriori casu pœna arbitraria ad mortem usque extendi non potest, tum, quod in pœnalibus semper benignior & humanior facienda sit interpretatio, *cap. 49. de R. J. in 6to. l. 155. §. ult. de R. J. l. 2. de liber. & postum. l. 10. §. 1. de Reb. dub.* tum, quod arbitrium non consistat in electione pœnæ capitalis, aut non capitalis, sed

sed inter plures non capitales una sive levior, sive asperior, nisi mortis poena expressa fuerit, ut in *d. Art. 112. Constit. Crimin.* Quò etiam inclinant Jul. Clar. in *Praxi Crim. §. ult. q. 83. n. 11. post Nic. Boër. à se alleg. Carpz. in Praxi Crim. P. 3. Q. 133. n. 25.* quam sententiam, utpote benigniorem in decisione hujus quaestionis Doctores communiter sequuntur, & poenam eorum, qui in alieno venantur vel in alienis fluminibus, lacubus aut stagnis privatis piscantur, cum jus piscandi in his non habeant, ad mortem extendi non posse statuunt *Sebast. Medic. Tract. de Venat. p. 1. q. 5. n. 1. Mohr de Nigromont. Tr. de Venat. p. 1. c. 4. n. 4.*

§. 5. Quantumvis itaque hæc sese habeant quoad sanctionem Carolinam, & Jure Saxonico communi specialiter sancitum sit ut ejusmodi fures, pisces captos restituere vel eorum æstimationem solvere, & toties tres solidos, quoties piscati fuerint multa nomine pendere teneantur. *Land-Recht/ lib. 2. art. 28. ubi gloss. n. 8. & art. 61. n. 4. ibiq. Gl. Carpz. P. 2. Q. 84. n. 84.* attamen hæc poenæ in Electoratu Saxonico nullo modo attenduntur, sed furtum piscium punitur ex speciali *Constitutione, num. 8. Rubr. Straffe der Fisch-Diebe/* inter alia etiam Extensione membrorum, quæ in specie dicitur Poena Tratto di Corda, *dict. Const. 8.* Secundum quam potissimum *duo casus* sunt distinguendi; Quorum *primus est:* Si quis in flumine alieno prima vice piscatur, & tot pisces capit, quorum æstimatio ad summam decem florenorum non ascendit, ille vel Relegatione, vel Tratto di Corda ad *unum gradum* punitur, *d. Const. 8. pr. in verb.* Da jemandes/ wer der auch were/ unser Unterthaner oder ein Ausländischer freventlich und Vorsehlich in unserm/ oder unser Lande fließenden gehegten Wassern und Bächen/ mit Netzen/ Hamen/ Neussen und Körbelegen/ oder in was Wege dasselbige geschehen möchte / unsern ausgegangenen publicirten Mandaten zu wider/ fischen würde/ der oder dieselbigen sollen/ wann sie zum ersten mahl darbey betreten/ mit der Tratto di Corda auff einen Sprung/ oder mit Landes-Verweisung gestrafft werden. Quemadmodum etiam pronunciarunt Scabini Lipsiensis M. August. 1590. M. Febr. 1594 & M. Maj. 1605. hisce formalibus. Hat der Gefangene C. L. daß er nebens seiner Gesellschaft/ und das solches das erste mahl geschehen/ und er zuvor auff keinem Wasser/ da er nicht befugt/ gefischt / oder fischen helffen etc. So mag er von wegen solcher Verbrechen / vermögge dieser Lande bewehrten Rechte / mit der Tratto di Corda auff einen Sprung

Eprung oder mit Landes-Verweisung in Straff genommen werden:
Secundus casus est, Siquis prima vice vel saepius picatus fuerit, & tot pi-
fces abstulerit, quorum aestimatio summam decem florenorum excedit,
Talisque fur punitur vel fustigatione vel perpetua Relegatione, vel
Tratto di Corda cum Relegatione, ad unum duos tres vel quatuor gra-
dus, *dict. Constit. 8. §.* Hätte aber der oder die/ so gleich zum ersten
mahl gefischet/ auff zehen Gulden werth Fische gefangen/ oder es wür-
de sich/ nachdem sie zu Gefängniß gezogen/ befinden/ Daß sie öfter und
mehrmals gefischet/ so ordenen und constituiren Wir/ dieselbigen mit
Staupenschlägen/ ewiger unsers Landes-Verweisung/ oder mit der
Tratto di Corda auff ein/ zwey/ drey oder vier Sprünge / nach Gele-
genheit der Verbrechung/ neben der Landes-Verweisung zu straffen/
und solcher Pœnen eine/ wider sie unnachlässig zu vollstrecken. Et ita
quoque Scabini Lipsienses M. Majo 1601. responderunt: Haben bey-
de Gefangene in scharffer Frage bekant und ausgesagt / daß sie etliche
mahl gefischet/ so werden sie beyde / von wegen solcher ihrer begange-
nen und bekanten Verbrechung/ vermöge dieser Lande bewehrten
Rechte/ willkührlichen/ entweder mit Staupenschlägen/ oder mit der
Tratto di Corda uff drey Sprünge des Landes ewig billig verwiesen.
Et hæc omnia in genere obtinent, non tantum in piscatione & furto, pi-
scium ex fluminibus & aquis ipsius Electoris Saxon. ablatorum, sed et-
iam si quis in Nobilium aliorumq; privatorum fluminibus piscatus fue-
rit, uti patet *ex dict. Constit. 8. pr. in verb.* in unsern oder unserer Lande
fließenden gehegten Wassern und Bächen etc. Cum hac tamen diffe-
rentia, ut furto in flumine Electoris commissio electio & arbitrium ipsi
Electori relinquatur liberum, quam ex alternativis pœnam reo infligi
velit, furto verò perpetrato in fluminibus subditorum, certa pœna à
Scabinis determinetur, nec Electio judici inferiori committatur, prout
hoc expressè dispositum reperitur *in d. Const. 8. §.* Und sollen demnach etc.
add. Carpz. in Pr. Crim. P. 2. Q. 84. n. 85. 86. 87. 88. 89. 90. & 91.

§. 6. Hactenus dictum est, quod pœna Tratto di Corda locum
habeat in foro Saxon. Electorali in Furto piscium. Hinc hoc loco
haud incommodè quaritur: An eadem pœna in Constitutione Crimi-
nali & Jure Saxonico Communi, nec non pœna Tratto di Corda in Fo-
ro Saxonico Electorali constituta, locum quoque obtineat in furto &
furibus Cancrorum? Sunt nonnulli, qui negativam tuentur, tum, quod
illis,

Illis, scil. cancris non rectè accommodari possit distinctio, utrum in pi-
 scina vel stagno, aqua clausa vel aperta collocati sint, tum quod furti
 distinctiones inter magnum & parvum agrè applicentur, cum vix ulla
 dari possit piscina, ex qua cancos quinque aureorum pretium exce-
 dentes capere quis possit, tum quod pœna capitalis hoc casu vix un-
 quã veniat imponenda. *Tabor in Analyt. Expos. art. 169. Const. Crim. tb. 10.*
 Et quod attinet pœnam *Tratto di Corda*, verba *dictæ Const. 8.* loquuntur
 tantùm de furto piscium, ex quo sequitur, quod Sanctio ista, tanquã pœ-
 nalis nequaquam sit extendenda ad fures cancrorum, cum constitutio
 illa sit odiosa & pœnalis, odiosa verò non sunt extendenda & ampli-
 anda, sed potius restringenda, *cap. 6. de R. J. in 6to.* Præterea quoque
 hæc constitutio Lex est Statutaria, quæ strictissimè est accipienda. *Andr.*
Tiraqvell. de Legib. connub. Gloss. 2. n. 23. Jacob Schultes lib. 2. Pract.
quest. 65. n. 22. & seqq. Sed quicquid sit, ego affirmativam cum *Carpz.*
in Praxi Crim. §. 2. q. 84. n. 93. statuere non dubito, tum quod cancri,
 ut ipsi Phyci fatentur, nomine piscium veniant, tum quod non minis
 per cancrorum quàm piscium capturam jus piscandi, turbatur, tum et-
 iam quod par utriusque sit ratio, adeò ut meritò eadem quoque serve-
 tur Juris dispositio, *arg. l. 32. ad L. Aquil, cap. 2 X. de translat. Episcop.*
Remus ad Constit. Crim. art. 169. & Matth. Stephani ibid. in fin. Et sic
 rectè furtum cancrorum in Electoratu Saxonico secundùm *d. Const. 8.*
 hâc pœnâ *Tratto di Corda* puniri debet. Prout quoque Scabini Lipsi-
 enses teste sæpius laudato *Carpz. in Practicâ Crim. P. 2. Q. 84. num. 94.*
M. Julio A. 1628. responderunt *Johnnai à Plözen*/cujus præjudicij for-
 malia in majorem evidentiam placet subjungere: *Hat B. T. als er ver-
 möge Unsers gesprochenen Urthels/dem Scharff Richter uff gewisse
 Masse untergeben worden/gestanden und bekant/das er in die 3. Jahr
 lang in des Herrn Graffen und euerer gehegten Fischbäche nebenst
 andern seinen Gesellen gekrebsset/möchte wohl mit einander in die 13.
 mahl geschehen seyn/ und sie ohngefehr in eure Bäche ein Schock 10.
 oder 11. in des Herrn Graffen Bäche aber ein Schock Krebsse oder
 6. miteinander gefangen haben. So wird Inquisit solcher seiner Ver-
 brechung wegen mit der *Tratto di Corda* uff 2. Sprünge gestrafft/ und
 darauff des Landes ewig verwiesen.*

CAP.

CAPUT V.

Exhibens

CAUSAM FORMALEM.

Formam nunc quod concernit Pœnæ Tratto di Corda dictæ, illa in eò videtur consistere, (1) quod debeat infligi secundum normam & Regulam dd. Constitut. VII. & IIX. Quilibet enim delinquens contra dictas duas Constitutiones Electorales affici debet in Foro Saxonico Electorali hâc pœnâ, tanquam æqualitate legali non graviore, nec remissiori *Arg. l. 11. & 13. de pœn. l. 22. C. eod.* Siquidem non oportet iudicem Legibus sive Constitutionibus esse mitiorem & clementiorem *Nov. 82. cap. 10.* (2.) quod sit pœna Corporis afflictiva, uti *suprà dictum in Part. Reali §. 2. Carpz. in Praxi Crim. P. 3. Q. 139. n. 39.* affligit namque corpus ejusque membra & partes extendit, hinc licet mitior habeatur fustigatione, illi tamen quoque æquiparatur, si ad duos, tres vel quatuor gradus instituatur, quod quando fieri debeat *suprà demonstratum cap. 4. §. 2. & 3. ex dict. Constit. 7. & 8.* (3.) Quod sit *non capitalis*, quæ spectat corpus, hâc enim pœnâ corpus aliquo modo depravatur, & non ad Capitis periculum, sed ad Corporis afflictionem tendit, *l. 28. §. 2. de pœn.* (4) Quod sit *extraordinaria* seu arbitraria. Etenim ex Electoris Saxonie D. Augusti arbitrio, ratione & legibus moderato est profecta. *Arg. dd. Constit. 7. & 8. & can. 4. caus. 3. q. 7. Mynsing. Lib. 6. Obs 97. n. 8.* Respectivè tamen & secundum quid potest etiam non perperam dici *ordinaria*, ideò quod per Constitutiones Electorales in Electoratu Saxonico ab Electore Saxonie D. Augusto, in fures ferarum bestiarum, piscium & cancrorum sit statuta & constituta, *arg. l. 131. & 244. de V. S.* & denique (5.) quod sit criminalis, quia ad publicum interesse agit, & ad Reipublicæ salutem & utilitatem spectat, adeò ut sic contradistingvatur pœnæ civili, quæ agitur ad privatum commodum, undecunqve etiam descendat, sive ex privato, *§. 18. de Action. l. 4. de publ. jud.* sive ex publico delicto, *l. ult. Cod. ad L. Corn. de Fals.* Vid. *Ord. Provinc. Elect. D. Augusti de Anno 1555. Rubr. Das Peinliche Sachen/ dadurch das Leben verwircket/ohne unsere Bewilligung nicht bürgerlich gemacht werden sollen.*

D

CAP.

CAPUT VI.
Enucleans
CAUSAM FINALEM
&
EFFECTUM.

§. I.

CUM Arg. l. 39. de Furt. Causa finalis diligenter sit inspicienda, operæ pretiū & me nunc facturū esse arbitror, si Formā jam missā, in hujus Pœnæ Tratto di Corda dictæ fine indagando aliquando sollicitus fuero.

§. 2. *Finis* itaque hujus Pœnæ Tratto di Corda est *duplex*, vel *principalis* vel *minus principalis*. *Principalis* est, ut puniatur hoc delictum, in quò consistit Reipublicæ salus & utilitas, quia expedit Reipublicæ, ne delicta maneant impunita, l. 51. §. 2. ad L. Aquil. *Minus principalis* sive *secundarius* est, ne jus venandi pariter & jus piscandi turbetur. Carpz. in Praxi Crim. P. 2. Q. 84. n. 93. 2. Solatium offensorum, & damna patientium sive passorum per illa ipsa supra dicta furta. Arg. l. 28. §. pen. de pœn. non enim leve delinementum doloris accipiunt læsi, si lædens justis afficiatur pœnis, 3. Peccantiū & delinquentiū emendatio, nam non solum præmiorum exhortatione, verum etiā metus pœnarum efficiuntur boni, l. 1. §. 1. de J. & J. & deniq; 4. metus aliorū, unius enim pœna metus multorū esse potest & debet l. 1. C. ad L. Jul. repe- ründ. Sicuti namq; rectè Eloquentiæ Romanæ Parens Tullius lib. 1. Offic. differit: Poenis, ait, utimur contra delinquentes ne quid posthac comitant ipsi, cæteri verò sint ad delinquendum tardiores, l. 6. §. 1. de pœn. Ita huic rectè ac eleganter suffragatur Helmstadiensium Jctorum Phosphorus Henricus Habniius in aureis ad Wesenbecii Paratitla Observatis de Privat. Delict. n. 1. Cum, inquit, quis punitur, non ob id plectitur, ut quod factum infectum reddatur, sed ut vel ipse (delinquens scil. si fanabilis est) vel ejus exemplo (si insanabiles nim.) alii meliores reddantur. Hæc de Fine, adhuc restat in hōc Capite brevissimis, Effectus.

§. 3. Effectus hujus pœnæ, quemadmodum omnium pœnarum est salus publica & Justitia, secundum illud: *Fiat Justitia & pereat mundus*, vel etiam quod per hanc pœnam homines improbi deterreantur à furto, & sic abstineant à rebus alienis. Justitia autem æquā lance distribuit suas mercedes, præmia sua, pœnas ita, ut hōc ipsō etiam rectè veram

veram non simulatam Philosophiam affectet, cum jus suum cuique æqualiter tribuat, *pr. I. §. 3. de I. & I. l. 10. pr. & §. 1. eod.* adeoque uno verbo Effectus consistit in hujus poenæ Executione : Nam non tantum, decenter leges ferre summo bono est, sed etiam sancita accuratè custodire, & ad effectum deducere. Quæ enim legum (adde & harum Constitutionum) est utilitas, si in literis duntaxat non etiam per ipsa facta atque opera subditis utilitatem de se præbeant? Justin. Imp. in Nov. 161. in Præf.

CAPUT VII.

Pertinens

CONTRARIA.

§. 1.

Hactenus vidimus Poenæ Tratto di Corda dictæ *Consentanea*, Jam etiam perlustranda occurrunt *Dissentanea* sive *Contraria* & *Pugnancia* ejusdem. Quæ sunt varia. Alia enim in totum tollunt & extinguunt Poenam Tratto di Corda; alia verò tantum ejus Executionem ad tempus differunt ac suspendunt.

§. 2. Ad prioris generis Pugnancia pertinet (1) Mors delinquentium naturalis, quemadmodum enim mors omnia personalia solvit, *Nov. 22. cap. 20. ibiq; Gothofr. lit. K. ita* per mortem Reorum in ipsò reatu existentium regulariter etiam poena extinguitur, *l. 6. de publ. jud. tot. tit. C. si Reus vel Accus. mort. fuer. Sebast. Medic. in Tr. Mors omnia solvit P. 2. conclus. 2. n. 5.* (2.) *Præscriptio* vicennalis, prout enim regulariter omnia delicta præscribuntur viginti annis, ita & hoc, adeò ut post viginti annorum lapsum non possit vel debeat deferri & accusari, cum viginti annis non tantum criminis poena, sed ipsa etiam accusatio expirat, *l. 12. C. ad L. Corn. de Fals. ibiq; Brun. n. 1. & 2. Carpzov. in Praxi Crim. P. 3. Q. 141. n. 6. & seqq. imò & inquisitio, Boër. Decis. 108.* Tempus autem Præscriptionis computatur à die perpetrati furti, & si iteretur, currit ab ultimo furti actu. *Carpz. in Pr. Crim. P. 3. Q. 141. n. 24.* Sed dubium est, quomodo hæc præscriptio tollant obligationes ex delicto, an ipsò jure. an verò per oppositam Exceptionem? Ego *ipso jure* tolli has obligationes cum *Carpz. P. 1. C. 25. d. 1. n. 5.* existimo, quia satisfactio criminis & præscriptio pari passu ambulant, *l. 17. §. 6. de injur.* Ideò

D 2

quo.

quoque Judex eam, si à partibus negligatur, ex officio supplere tenetur. *l. un. Cod. ut quæ desunt Advocat.* si ex actis de eâ certò & indubitâtè constat per express. *Constit. Elect. P. 1. Const. 25.* ibique *Möller. n. 4. & P. Const. 19. num. 6. Mynsing. lib. 3. Obs. 28. Schnob. D. ff. 3. th. 7. Carpz. in Pr. Crim. P. 3. Q. 141. n. 33.* (3) *Abolitio*, seu quod idem est, *Remissio* hujus furti, quis enim velit dubitare, quod judex ex certa aliqua causa pœnam hanc abolere possit, *tot. tit. ff. & Cod. de abolit. Carpz. in Praxi Crim. q. 142. Myns. lib. 2. Obs. 54.* Hæc verò *Remissio* fit vel in totum, vel in tantum, & dicitur *mitigatio pœnæ*, oriturque vel ex proprio motu concedentis, *l. 13. C. de Offic. Rub. provinc. cap. 23. de dignit. & præb. in 6to.* vel ex imploratione delinquentis, *l. 1. C. de petit. bon. sub. lib. 10.* Utraque fieri non debet, nisi ex justa legitima & urgente causa, *l. 1. §. 4. ad Scutum Turpill. l. 15. ad Municip. Nov. 82. cap. 10.* cum publicè interfit, maleficia non tam facilè remitti, *l. 14. C. de pœn.* (4) *Transactio*, utpote quæ non solum in causis civilibus, sed etiam criminalibus locum habet, *l. 18. C. de Transaction.* per hanc siquidem delinquens se ab hac pœna *Tratto di Corda* liberare potest, *Arg. l. 13. §. 7. de his, qui not. infam.* Cum autem *Transactio* sit vel *in specie sic dicta*, vel *Compositio*, ideoque sciendum, quod illa cum læso invita nec Judici præjudicet, nec parti, si cum iudice ineatur. Si verò cum utroque scilicet tam Magistratu, quam parte læsâ delinquens transegerit, quæ vulgò *Compositio* dicitur, tunc absolutus nec ab alio accusatore molestari neque à iudice puniri potest, *Carpz. in Pr. Crim. Q. 148. num. 14.* & denique (5) *Urgens Necessitas*, si, e. g. aliquis urgentissima necessitate coactus & compulsus delinquat contra *d. Constit. Elect. 7. & 8.* & sic furtum committat ferarum bestiarum, piscium & cancrorum hæc pœnâ *Tratto di Corda* liberatur. *Arg. Constit. Crim. Art. 157. 159. 160. & 166.* Sicuti enim necessitas legem non habet, *l. 10. §. 1. Comm. divid. tap. 4. X. de consuet.* imò novam legem quasi constituit, *cap. 4. X. de Reg. Jur.* & quo id aliàs est illicitum, *cap. ult. caus. 26. q. 6.* adeò ut necessitate imperante debeamus ipsi obedire, *l. 12. C. de Oper. publ.* & sic tempore famis furtum certo respectu impunè committatur, *cap. 26. & 27. dist. 5. de Consuet. Gail. lib. 1. Obs. 142.* add. *Magnif. Dn. Svendendorffer in Dissert. de Pœnis th. 22. n. 6.*

§. 3. Ad posterioris generis Pugnantiâ, sive quæ tantum hujus pœnæ *Tratto di Corda* Executionem ad aliquod tempus differunt, spectat (1) *Graviditas*, Hinc prægnans & gravida mulier pœna *Tratto di Cor-*

Cor-

Corda affici non debet, nec ante 40. dies post partum, sed differenda est usq; dum pariat, & post 40. dies, qui expectandi sunt debilitationis causâ. *Arg. l. 3. de pœn. ibiq; Brunnem. n. 1. & 2. l. 18. de stat. hom. Wesenbec. in Paratitl. de pœn. n. 6.* Idque ideò, ne ex molestia animi & corporis, quam mulier ex hac pœna patitur, partus aliquo modo affigatur, *Wesenbec. d. l. Carpz. in P. Crim. P. 3. Q. 137. n. 21. seqq.* Huc quoq; pertinet (2) Quælibet adversa Reorum valetudo, de qua *Carpz. d. l. (4) Investigatio Sociorum sive Correorum*, ob quam etiam differtur nonnunquam hujus pœnæ executio, si e. g. plures furtum hoc commiserint & cæteri correi absint, ut indagari ad evidentiores probationem possint. *Carpz. in Praxi Crim. P. 3. Q. 137.* (4) *Rei Absentia*, absens enim in Criminalibus damnari haud potest *l. 5. de pœn. in primis si criminale sit*, quod corporis pœnam afflictivam requirit, ut hoc casu. *Carpz. in Praxi Crim. P. 3. Q. 140. n. 3.* Quod si harum justarum causarum nulla adsit, qualis est *Appellatio*, quæ de hodierna Consuetudine in Causis criminalibus regulariter non admittitur, *Mynsing. Lib. 2. Observ. 98. n. 3. & lib. 4. Observ. 41. 42. Wesenbec. in Paratitl. de Appellat. recip. vel non, n. 3. Carpz. in Praxi Crim. P. 3. Q. 139 n. 14. seqq.* tunc nullo modo differenda est hujus Pœnæ Tratto di Corda dictæ Executio.

CAPUT IIX. & ULTIMUM.

Exhibens

ADJUNCTA & AFFINIA.

§. 1.

Restant nunc hoc ultimo Capite perlustranda Pœnæ hujus Tratto di Corda dictæ, *Adjuncta & Affinia*, quæ diversa atq; varia sunt.

§. 2. Et quidem ad Adjuncta spectat (1) quod hæc pœna Tratto di Corda concurrat vel cum fustigatione, vel relegatione, vel perpetuo carcere, vel cum pœna operarum perpetuarum, pro qualitate scil. hujus furti & circumstantiarum, *diæt. Constit. Elect. 7. & 8. pr. & §. Wenn aber/* (2) quod in Concursu Electio harum poenarum pertineat pro ratione Circumstantiarum vel ad Electorem Saxoniam, tanquam supremum Magistratum Ordinarium, vel ad Scabinatus. *d. Const. 7. & 8. §. Demnach/ & §. Da aber re.* (3) quod post peractam poenam Tratto di Corda, membra corporis extensa, iterum sint aptanda, ac Executio hujus

D 3

poe-

poenæ ita cautè instituenda, ne exinde in damnum delinquentium continua & perpetua convulsio sequatur. *d. Const. 7. & 8. §. Wir wollen aber/ add. Carpz. in Pr. Crim. P. 2. Q. 84. n. 84. & 90.*

§. 2. *Affinia* hujus poenæ Tratto di Corda sunt innumera, inter quæ tamen principem locum obtinet *Pœna suspendii*, primùm Jure Saxonico *Land-Recht. lib. 2. art. 13. pr. in verb. Den Dieb sol man hengen/* etc. introducta, postmodum in Constitutione *Friderici I. Imp. 2. F. §. fin.* & in Imperio Romano Germanico per *Constit. Crimin. Caroli V. Art. 159. 160. 162. ac in foro Saxon. Electorali P. 4. Const. 32.* approbata, de qua, quin juri & æquitati sit consentanea, nullum est dubium, *vid. sæpius laudatus Carpzovius in Praxi Crim. P. 2. q. 77. Fustigatio, Relegatio, perpetuus Carcer, opera perpetue, aliaque poenæ similes, add. d. Constit. Elect. 7. & 8. item pœna Venationis in specie ita dictæ & Aucupii.* Plerumq; enim pari jure gaudent Piscatio & Venatio, & dispositum in uno, videtur etiam dispositum in altero. *Mohr de Nigrom. in Tract. de Jure Venandi P. 1. cap. 1. n. 16.* nisi specialiter vel jus vel natura rei aliquid excipiat, unde etiam ut plurimum in juris textibus conjunguntur, *§. 12. de R. D. l. 3. §. 14. & 15. de acquir. vel amitt. possess.*

§. 3. Et hæc de Poenâ Tratto di Corda, B. L. pro ratione temporis & ingenii in medium proferre volui, potui, in quâ elaborandâ, si alicubi erratum, si quid minus ad rem dictum, memineris illa ab homine eoq; juvene proficisci, qui omnia sua placidæ rectius sentientium censuræ submittere non dubitat. De cætero pro exantlato hoc labore nuncupo.

SOLI DEO GLORIAM,

DECAS

DECAS
COROLLARIORUM.

I.

Jurisprudentia nostra rectè dicitur
& Scientia & Sapientia.

II. Justitia Legalis non rectè dividi-
tur in Universalem & Particu-
larem, nec hæc in Distributi-
vam & Commutativam.

III. Jus publicum rectè dicitur etiam
collectum ex Præceptis Natu-
ralibus, Gentium & Civilibus.

IV. Jus Gentium propriè est Jus.

V. Litis Contestatio hodiè rectè di-
viditur in Affirmativam & Ne-
gativam.

VI. Princeps Legibus est solutus.

VII. Hæreditatis petitio est actio pu-
rè realis.

VIII. In

- VIII. In Contractibus jus accrescendi locum non habet.
- IX. Operæ Servorum sunt quarta & cæteris planè contradistincta Servitutis personalis species.
- X. Suspendium, tanquam pœna furti, ex jure Divino quoque probari potest.
-

Ad Per-Eximium Dn, Respondentem,
Patruelem & Amicum semper charissimum.

*A*rtificem commendat opus. Themidos sacra fura
Quàm bene TE fingant? Hoc probat artis opus.

M. Conradus Hülse.

F I N I S.

01 A 6699

ULB Halle

3

003 104 761




VD 17 Data ✓

DIS

ETAT





Farbkarte #13

B.I.G.



38
17.

m Ordinis
ILUREA

AM
TO DI

DA
AM,

nte
GOTHOFRE-
O, J. U. D.
n Examini

KÜMMELIUS,
enf.
DC. LXXXIV.
C.

GEORGI.

